

Fridrich I. Barbarossa propůjčuje knížeti Vladislavovi a jeho nástupcům právo nosit ve vybraných dnech a za stanovených podmínek čelenku a přiznává mu polský desátek.

Řezno, 18. ledna 1158

MGH DF I (XI/1), s. 335–337, č. 201

In nomine sancte et individue trinitatis.

Fridericus divina favente clementia imperator Romanorum augustus.

Cum tam lege nature quam scripta bonum operari moneamur ad omnes, precipue eos, qui in amministrazione imperii et rei publice veraci consilio et indefesso laboris studio nobis assistunt et pro gloria imperii propaganda strennuissime decertando omnibus inimicorum incursibus et quibuslibet periculis sese obiciunt, specialis prerogativa honoris sublimare dignum duximus, ut de virtutum premiis et gloria corone diffidere non debeant, qui legitime certaverint. Noverit igitur omnium Christi imperiique nostri fidelium tam presens etas quam successura posteritas, qualiter nos Wadizlao illustri et strennuissimo duci Boemorum ob insignia servicii devotionis tam eius quam omnium Boemorum merita honoris insigne, quo avus et ceteri progenitores eius duces Boemie beneficio imperialis excellentie ceteris ducibus preminebat, circulum videlicet gestandum concessimus et per eum omnibus successoribus suis in perpetuum. Decernimus itaque et inrefragabili lege statuimus, ut liceat prefato duci Boemie Wadizlao illis temporibus, quibus nos coronam et diadema glorie portamus, in nativitate domini videlicet et in pascha et in penthecosten circulum portare et amplius in festivitate videlicet sancti Venzelai et sancti Adelberti eo, quod illas sollmpnitates propter patronos suos maiori reverentia et celebritate tota Boe[m]ia veneretur. Sicut itaque cebratio et impositio corone nostre non debet fieri nisi per manus archiepiscoporum et episcoporum, ita prefato duci Boemie a nullo hom[in]um circulus imponatur nisi a dilecto nostro Daniele venerabili Pragense episcopo et Iohanne Olumucense episcopo eorumque successoribus. Quodsi forte Olumucensis defuerit, nichilominus Pragensis pro sede et dignitate excellentiori vices compleat amborum. Similiter autem Olumucensis, si

Ve jménu svaté a nerozdílné Trojice. Fridrich, z boží milosti a přízně císař Římanů, rozmnožitel říše.

Přestože nás zákon přirozený i psaný vyzývá, abychom všem prokazovali dobro, zvláště jsme uznali za vhodné vyznamenat předností neobvyklé pocty zejména ty, kdo při nás neúnavně stojí a přispívají k správě říše a věci veřejných pravdivou radou a statečně se berou za větší slávu císařství, čímž se vystavují útokům nepřátel a různým nebezpečím. Aby tedy neztráceli víru ve spravedlivou odměnu, kdož řádně zápasili o slávu koruny, známo budiž všem v Kristu i našim věrným v říši, jak přítomným, tak budoucím, že jsme Vladislavovi, jasnému a statečnému knížeti Čechů a všem jeho nástupcům na věky, udělili za vynikající zásluhy, službu a oddanost jak jeho, tak všech Čechů, odznak důstojnosti, totiž (právo) nosit čelenku, kterým z přízně císařské milosti vynikal nad jiná knížata již jeho děd a ostatní jeho předkové, česká knížata.

Rozhodujeme tedy a nezrušitelným zákonem ustanovujeme, aby řečený český kníže Vladislav směl nosit čelenku ve dnech, kdy my nosíme korunu a diadém slávy, totiž v den Narození Páně, o Velikonocích, Letnicích a nadto o svátcích svatého Václava a svatého Vojtěcha, neboť svátky svých patronů světi s velkou úctou a slávou celé Čechy.

A protože slavnost a vložení naší koruny se nemá dít jinak, než rukou arcibiskupů a biskupů, nechť čelenku knížeti českému nevkládá jiná osoba, než náš milý Daniel, důstojný biskup pražský, a Jan, biskup olomoucký, či jejich nástupcové. Kdyby snad olomoucký biskup nebyl (ustanoven), nechť vše vykoná biskup pražský pro vyšší důstojnost svého stolce. Podobně však nechť se zachová biskup olomoucký, kdyby snad nebyl (ustanoven) pražský biskup.

forte Pragensis defuerit. Ad hec predicto duci Boemie et successoribus eis addimus et concedimus censum de terra Polonie, quem antecessores eis duces Boemie a Polonia retro temporibus accipere solebant. Ut autem hec nostra donatio et constitutio supranominato duci Wadizlao karissimo nostro eiusque successoribus omni tempore rata et inconvulsa permaneat, presentem inde paginam conscribi et sigillo nostro insigniri iussimus adhibitis ydoneis testibus, quorum nomina hec sunt: Eberhardus Salzburgensis archiepiscopus, Wicmannus Magdeburgensis archiepiscopus, Hertwicus Ratisbonensis episcopus, Eberhardus Bambergensis episcopus, Cūnradus Patauiensis episcopus, Otto Frisigensis episcopus, Daniel Pragensis episcopus, Heinricus dux Austrie, Fridericus dux Sueuorum, Ludewicus lantgravius Duringie, Adebertus marchio Saxonie, Otto marchio Missenensis, Otto et Fridericus palatini comites.

Signum domini Friderici Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Reginaldus cancellarius vice Arnaldi Magontini archiepiscopi et archicancellari recognovi.

Dat. Ratisbone XV kal. febr., indictione V^a, anno dominice incarnationis M^oC^oL^oVII^o, regnante domino Fridericho Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius VI^o, imperii vero III^o.

Nadto řečenému knížeti českému a jeho nástupcům přidáváme a dopřáváme desátek ze země polské, který dostávali z Polska od dávných časů jeho předchůdcové, česká knížata. Aby naše dary a ustanovení výše jmenovanému knížeti Vladislavovi, našemu nejmilejšímu, a jeho nástupcům zůstaly po všechny časy platné a neměnné, přikázali jsme sepsat a naší pečeti opatřit tento list a přizvali jsme vhodné svědky, jejichž jména jsou:

Eberhard, arcibiskup salcburský, Wichman, arcibiskup magdeburgský, Hartwig, biskup řezenský, Eberhard, biskup bamberský, Konrád, biskup pasovský, Ota, biskup freisinský, Daniel, biskup pražský, Jindřich, vévoda rakouský, Fridrich, vévoda Švábů, Ludvík, lantkrabě durynský, Adalbert, markrabě saský, Ota, markrabě míšeňský, Ota a Fridrich, falckrabata.

Znamení pana Fridricha, nepřemožitelného císaře Římanů.

Já, Rainald, kancléř, zastupující Arnolda, mohučského arcibiskupa a arcikancléře, ověřil jsem.

Dáno v Řezně o 15. kalendách únorových, v páté indikci léta od vtělení Páně 1157, roku vlády nejslavnějšího císaře Římanů Fridricha šestého, císařství třetího.